

G E M M Æ
NERO & OCTAVIA.



Nero Octavia

An Neronis hæc effigies est? excepit ARCHÆOPHILUS; at aliter multò in Nummis visitur. Si Neronem *Cæsarem* ab *Augusto* distinguas, respondit DULODORUS, conjecturæ meæ vix arbitror reluctaberis. Nero Augustus aliâ planè facie in Nummis occurrit: Cæsar autem juvenili planè & succulentâ, quali & in hac Gemma. Sed laureatus hîc est, inquit ARCHÆOPHILUS, in Nummis autem juvenis adhuc sine laurea visitur. Lauream, respondit DULODORUS, etiam Cæsaris datam, vel ex Nummis Germanici patet, qui licet nunquam *Augustus* fuerit, interdum tamen laureatus, interdum sine laurea occurrit, eoque exemplò pater, lauream asserto meo non obstare. Sed obstat Sidus vertici imminens, inquit ARCHÆOPHILUS; hoc enim quidni Solem interpretet, addicamque Elagabalo? cujus proinde vel mater vel uxorum aliqua hîc ei juncta videbitur. Ornatus Capitis fæminei obstat, respondit DULODORUS; Talis enim est, qualis tempore Neronis, minimè autem qualis sub Elagabalo prostat. Adde quòd eòdem habitu, quò hîc fæmineum caput adornatur, jam supra Octaviam Neroni junctam protulerim, & quidem imminente capitibus, non Stella tantum, sed & Lunâ. Memini, inquit ARCHÆOPHILUS, sed in Gemma hac Luna abest, Stella autem inter utrumque caput imminet. Non abs ratione, respondit DULODORUS; Omnino enim videtur adumbrari benedictio divina, quam Neonuptis Principibus proculdubio Cælator Gemmæ voverit. Prodit

ODENATHUS & ZENOBIA.



Odenathus Zenobia

Effigies has determinas, inquit ARCHÆOPHILUS, ac si notissimæ jam aliunde essent; Quomodo autem poterit Odenathus esse, cum tamen nullo is hæcenus in Numismate apparuerit? Conjecturis ago, respondit DULODORUS, fortasse, fateor enim, fragilibus. Aliquid tamen dicere malim, quam tacere, cum Gemmæ Elegantiæ & raritas produci vel maximè mereantur. Gem-

Gem
tantu
spicu
virile
nihil
creda
Gemi
& Ze
Numi
Nifi r
um fu
utraq
cum
patet
impe
dine
plane
tes r
VEN
BUS
impe
& om
ac pu
multo
um no
ciosiff

P.

Marte
victic
respon
quo fa
Thale
loco l
Venu
amov